

¶ Dialogus Tertius

¶ De finali fructu qui nascitur ex his

duobus amoribus: et de gaudij proprietatibus ¶ Capitulum. xxv

Raymūdus. Ut libentius faciliusque possis efficere quod nunc
respondes: necesse est tibi diligenter advertere quod sint fructus
qui nascuntur ex amore diuino et amore proprio. Certissimum enim est
quod sicut de plantis atque arboribus expectatur fructus. ita de quali
bet alia re inquirimus quod faciat fructum. quod afferat utilitatem.
Quia igitur in nostra voluntate tanquam in agro quodam prout planta
ri duo principales amores. scilicet amor dei et amor sui. ideo sum
mope considerandum est quod fructum afferat amor dei: et quod amor
sui. Et sicut non possunt esse nisi duo amores primi: ita non sunt etiam
am nisi duo fructus ultimi qui inter se sunt omnino contrarii: sicut et
amores primi. Verum quia ex omni opere quod agit homo non permanet
secundum finaliter nisi gaudium vel tristitia. hoc enim est totum lucrum
quod defert de laboribus suis. id est gaudium vel tristitia finales sunt
fructus omnium operum humanorum. Nam quicquid homo molitur quicquid
opatur ad hoc respicit ut gaudeat. iocundetur. exultet. Cum autem
gaudium adeptus fuerit nihil aliud querit: nihil aliud percipiscit
quia nulla potest re alia faciri. Et quia tristitia gaudio contraria est.
ideo omnis homo fugit tristitiam: et gaudium amplectitur. Verum tamen quia
vix gaudium est verus fructus hominis bonus. et vera tristitia fructus
vere malus. id est necesse est quod a diuersis et contrariis seminibus
oriantur. verum igitur gaudium oritur ab amore dei. et vera mestitudo
ab amore nascitur sui. Et quia deus est immortalis: immensus: sum
me pulcher: summe potentie: bonitatis et sapientie. ita gaudium de
amore dei est immortale: immensum: pulcherrimum: potentissimum
fructuosissimum: et optimum. ¶ Dominicus. Si gaudium hominis est
immortale ergo et voluntas hominis. et per consequens anima hominis est im
mortalis. quod epicureorum grex maxime diffiteatur. Sed nunc ut
cepisti persequere. ¶ Raymūdus. Audisti itaque quod gaudium est
verus fructus amoris dei: nunc proprietates huius gaudij desi
deranter aduerte. Prima gaudij proprietates est. quod est eiusdem na
ture ac conditionis qualis est res primo dilecta: et qualis est pri
mus amor. Hinc sequitur quod sicut amor dei est semine iustum. purum.
sanctum. sincerum. immaculatum atque optimum. ita et gaudium quod est

¶ Gaudium
est fructus amo
ris boni.

¶ De proprietatibus
veri gaudij

¶ Capitulum xxv.

eius fructus sanctissimus est et verus. rectus. ordinatus. immaculatus. pulcher. diuinus. **H**oc autem tale gaudium includit veram leticiam. iocunditatem. oblectationem. hilaritatem. tranquillitatem. delicias. iubilantes. suauitates. facietates et mille bona. **S**ecunda propositio. quod sicut fructus arborum et plantarum viuificat: nutrit et sustentat. ita et gaudium dat vitam homini. atque inde nutrit et sustentat cor eius. **N**am sicut tristitia mors hominis est: ita gaudium cor hominis confirmat viuificat et oblectat. **T**ertia propositio quod gaudium affert homini totum complementum finalis boni sui. **N**am plenum hominis gaudium est hominis ultima perfectio. ultima beatitudo: quam cum habuerit nihil vult ultra appetere: nihil amplius cupiscere: sicut infra statim patebit. **Q**uarta propositio. quod sicut amor dei est intra nos: ita et gaudium intra nos est: nec est necesse in rebus externis: in auro scilicet vel argento: non in gemis aut margaritis: non in officiis aut prefecturis gaudium querere. **S**icut enim amor portatur in sola hominis voluntate: ita et gaudium. atque idcirco totum hominis bonum in sola est hominis voluntate. **D**ominicus **E**rrant igitur qui externa et caduca fortune bona hominis bona arbitrantur. quique et ea quotidie querunt: diligunt: amplectantur. **M**aximus **Q**uantum hi errant sicut ex precedentibus ita et ex sequentibus luculenter intelliges. **P**rius tamen quod cepimus explicemus **Q**uinta propositio. quod quantum amor dilatat et crescit: ita et crescit et multiplicat gaudium **I**deo sicut amor dei se extendit ad omnes creaturas in quantum dei sunt. et precipue ad hominem qui est viva imago et similitudo dei. sic et gaudium se dilatat ad omnes creaturas et principaliter ad imaginem creatoris qui est homo. **H**inc sequitur quod unusquisque homo deum amans propter gaudium quod concipit de deo: habet adhuc infinita gaudia de creaturis et maxime de quolibet homine qui est prima imago maximi creatoris. **D**ominicus. **N**am nunc video quod de amore dei etiam in hac vita homo colligit inestimabile fructum. **N**am ex quo semper est in amore recto bono et suauis: ita est in gaudio recto dulci et optimo secum in corde suarum bonarum vitam: suas diuitias: suas voluptates. **N**ihil itaque extra querit. nihil cupiscit. nulli inuidet. nulli irascitur. nulli contrariatur. sed est plenus suo bono. suo scilicet gaudio quod est optima vita cordis. **H**oc autem gaudium potest continue augeri et multiplicari

¶ Dialogus Tertius

ri quando dei imago p hoies multiplicat. vt quot sunt hoies
tot sint gaudia. ⁊ quia numerus hominū potest crescere in in/
finitum. ita ⁊ cumulus gaudior. **Beati** ergo qui deū diligunt
quoniā fructum leticie copiosissimū consequentur.

¶ De ultimo gaudio qđ post mor

tem erit de amore dei ⁊ salute primi

¶ Capitulum. xxvi.

Raymundus. Diximus pauloā de gaudio qđ nascit de
amore dei in hac vita: nunc dicemus de gaudio qđ erit
de deo ⁊ primo post hanc vitā. **Cū** em̄ gaudiū sit fructus amo/
ris necē est qđ veniat in tanta plenitudine vt vltra crescere nō
possit. **Dignū** pfecto est vt sicut volūtas hic inheret deo p amo/
rem: ita illic inheret p amoris fructū. **Verū** cū ex clara dei
visiōe fit amor feruētior. nam ex quo deus est summe pulcher:
summe dulcis. summe benignus. bonus. nobilis. ⁊ oīm gau/
dior diuitiarūq; plenissimus. ideo quāto pfectius videbitur
tāto ardentius amabit: ⁊ tanto copiosius in ipso aīa iocūda bi/
tur. **Videbimus** em̄ deū maximū et optimū facie ad faciē clā/
ra certa ⁊ pfectissima visiōe. ⁊ tūc mirabit ⁊ dilatabit ⁊ iocun/
dabit cor nostrū. **¶ Dominicus.** Sed queso te quō audebi/
mus tantā a deo sperare gloriā. **¶ Raymūdus.** Solo amore
Nisi em̄ deus (quē hic in fide aīa dilexit) ostēdat seipm manife/
sta visiōe non ppleret nec meritū nec ius amoris. **Amor** em̄
verus oīa aperit. oīa secreta reuelat: hoc amoris natura requi/
rit. **Amor** ergo noster nobis deū ostēdit. deū facit videre. am/
plecti. venerari. ⁊ ipi inherere ⁊ iugiter delectari. **Verū** tamen
qm̄ deus est infiniti decoris: suauitatis: māsfuetudinis: humili/
tatis: sapiētie: maiestatis ⁊ pfectiōis. ideo aīa illic deū nō ama/
bit ppter dona que ptulit. hic em̄ amor mercēnariū ⁊ impu/
rus est. sed ideo quia deus vere ex seipo ⁊ ex sua immēsa boni/
tate plenissime amabilis ⁊ āplexibilis est. **Et** ex tali amore na/
scit pfectissimū gaudiū atq; purissimū. **Hoc** aut gaudiū quia
nemo poterit auferre. ideo erit certissimū firmissimū ⁊ summe
securū. **Et** hoc quidē erit gaudiū de deo. **Nunc** superest vt ali/
quid de gaudio (quod ex primorū felicitate capiemus) breui/
ter differamus. **In** illo regno vnusquisq; tantū amat alterum

**¶ Amor omnia
promeretur**

**¶ De gaudio ex
salute primi**